

Colloquium XXIX^{num.}

*De cultu divino Evangelicorum
in Collegio.***PLACIDUS et ROMANUS.**

P. An Evangelici, data licentia ædificandi ecclesiam, exstructioni huic operam dederunt? **R.** Non, sed intermissa tam sumptuosa ædificatione, expensarumque erogatione, eligebant tertium conveniendi locum, undique clausum, sibique proprium. **P.** Quem vero? **R.** Collegium Annæanum, ubi per tredecim annos miro ardore animique cupiditate sacra coluerunt. **P.** O miseram cœtus Evangelici conditionem! **R.** Dic miserrimam, quia varias inter cœli tempestates, aërisque vicissitudines solo sub dio verbum Dei pro concione audire coacti fuere cives Evangelici. **P.** Quinam erant tunc verbi divini ministri? **R.** Percipe ex monumento